

K Y P

1637



Rep. XXXVI. 8. no. 39

9500

-11795-



# PHYSICAE

GENERALIS

## PRÆCEPTA

Quæ thesium loco in disputa-  
tionibus esse pos-  
sunt;

Decerpta ex prælectio-  
nibus Phisiologicis  
publicis

CASP: BARTHOLINI

Pro juniorum memoriâ



ROSTOCHI

Apud Johannem Hallervordium  
Bibliopolam.

---

TYPOGRAPHIA MAURITII SAXONIS.

Anno MDCCLXXV.

18.



Genere. iugenio, literis  
armis Nobiliss. Viro


D N. CHRISTIAN  
FRISIO,

DOMINO DE KAD  
GERUP, &c. Presidi a  
Hafnien sis amplissimo,

Domino & fautori cu  
primis colendo.

Hanc Epitomen dica  
cupit

CASP. BARTHOLDI



# PROOEMIUM

Oe definitione & divisio-  
ne Physicæ.



Physica est sci-  
tia corporis natu-  
ralis, ut natu-  
ralis.

Definicum alias  
philosophia secunda & naturalis, scien-  
tia naturalis, Physiologia &c. dictum est  
PRO TUS QUÆWS, à natura.

Genus est Scientia propriæ dictæ, vel  
cœta rerum per causas cognitis. Subje-  
ctum scientificum est corpus naturale;  
und commune subjectum sic proprium,  
um additur; quatenus naturale vel  
uatenus ex materia & forma constat.  
inis est subjecti hujus cognitio, ejus-  
emq; principiorum & affectionum.

Dividitur Physica in partem  
communem & propriam.

A 2

Con-

Communis vel generalis est q[uod] agit de principiis & affectionibus corporis naturalis. Specialis de corpos naturalis speciebus, ut corpora.

Simplicia

Scælum & cœlestia

pura

Elementa

Imperfectæ ut Meteora.

Mixtae

Mineralia

Inani Metalla

mata Lapidés &c.

Per-  
fectæ

In sensi- Suas

Unitæ

bilia ut tunc

Ani-  
mata

plantæ, Fru-

ces

A-  
r-  
t-

Gor-

Sensibiliæ, a

omnis genera-

Animalia.

## C A P . I.

De primis corporum, na-  
turalium principiis, adeoq;  
de Natura.

**P**rincipia sunt quæ non fiunt ex  
aliis, nec ex se invicem, sed ex il-  
lis omnia fiunt.

Suntq; tria: Materia, forma,  
& Privatio. Priora duo sunt principiis  
constitutionis, rei generatæ, per se. &c.  
Ultimum per accidens. Omnia tria  
sunt principiis generationis & transmu-  
tationis.

Spagyricorum tria principiis, Sal Sul-  
phur & Mercurium, ut sensibilem admit-  
timus, non ut prima.

Materia prima est principium pas-  
sivum, & primum uniuscujusq; rei  
naturalis subjectum ex quo aliquid  
fit, cum insit non secundum accidens

privatio) & cum aliquid corrumatur, ultimò in idem resolvitur.

Definiunt; alias massa elementum Mater, Sylva, sœmina, turpe &c. (c.) per creationem non per generationem est enim materia prima in generabilis incorruptibilis. Et ejus finis. 1. Forte & accidentia recipere. 2. Esse subjectum transmutationis. Potentiam enim habet ad varias formas successivè recipiendas. Est autem potentia materiæ universalis seu remota, id est, propensa ad omnes formas indistincte. alia particularis seu propinqua ad unam aliquam formam precedente per naturale quod agens dispositione.

Conditiones & proprietates materiæ sunt. 1. Quod sit in generabilis. 2. In corruptibili. 3. Substantia in potentia. 4. Merē passiva. 5. Per se informis. 6. Apparent formæ. 7. A forma realiter inseparabilis.

Privatio est absentia formæ in substan-

tia.

strialis producendæ in subjecto apto  
m recipere. Intelligitur ergo absentia  
formæ non logica ejus quæ fuit vel es-  
t debuit; sed Physica; ejus quæ futura  
Estq; vel uniuersalis, omnium for-  
marum absq; discrimine; vel particula-  
& propinqua quæ hic intelligitur. &  
vitur per prævias alterationes in ma-  
teria; formisq; adveniente interis.

Forma est principium activum  
in composito naturali, quod cum  
adjuncta materia constituit ut unum  
senseret; eiq; essentiam & nomen lar-  
gitur, estq; causa operationum in co-  
muni propriarum,

Dicitur alias species στοια, λόγοι  
της στοιας, ορθογραφια, exemplar seu  
idea character, terminus & definitio,  
κατέλεχνα, hoc est, perfectio vel actus  
Platoni divina faboles.

Intellige autem hic formam subtilalem & informantem (non assimilatorem, ut nauta na vi assistit) qua experientia materie educitur, id est, quando materia per varias alteratas satis est disposita.

Finis primus est composicio laetum & essentiam. A primo ordinare i. Appellationem. 2. Definitionem 3. Existentiam determinatam Operationem.

Affectiones ergo & proprietas sunt 1. Materiam informare 2. Operationes varias efficere 3. Ematerie potia educi 4. Esse totam in toto & tantum in qualibet ejus parte. 5. In sensus non currere. 6. Magis & minus non respondere, &c.

Forma autem alia est genericatis speciebus communis; alia speciebus unius speciei individuis communis; numerica, qua propria unius individui

Hab.

nam illa de materia & forma, minime prout, sunt principia essentia vel actum constituentia: nunc ut sunt principia affectionum v. g. motus & quietis in re constituta, veniunt sub nomine naturæ. Natura enim dicitur primario de forma, secundario & propter formam de materia, unde forma est magis natura quam materia.

Natura est principium & causa motus & quietis ejus in quo est primum per Te & non secundum accidentem.

Naturale opponitur fortuito, morali, aproprio, adventitio, voluntario, vieniente vel contranaturali, artificiali & aeternaturali, supernaturali &c.

Sensus definitionis est: ut in unque revertitur motus (id est quævis mutatio vel unius motus, maxime localis) vel quiescere possit illius ad quod sit motus, ibi natura in causa est; modo motus sit ejus ei in qua est, unde cause externæ elimini-

mantur. v. g. Ars, à qua varia mo  
dificatio. Natura autem quovis in  
arte sola est præstantior (tanquam  
stantia accidente) non arte cum nat  
juncta.

Primo: excludit causas organicas.  
Reliqua verba excludunt quæ per acci  
dens sunt causa motus.

Dividitur natura in principium ac  
tivum & activum, vel materiali  
formam. Natura autem primariò es  
tituum & agit. 1. Semper cum nunqu  
a sit otiosa. 2. Necessariò in libertate can  
tibus, ut ignis necessariò urit. 3. Accura  
ordinè atq; successivè; non enim facie  
sum. 4. Nihil frustra sed propter fini  
s. Determinatè, & vitat infinitum  
Parcè in rebus præstavioribus: ince  
non deficit in necessariis; nec  
abundat in super  
fluis.

## CAP. II.

De Causis corporis natu-  
alis esternis adeoq; de Fa-  
to, Fortuna, Casu, Mon-  
stris.

**N**am hactenus de internis materia  
& forma, Externæ sunt. Effi-  
ciens, (atq; ad efficientem uni-  
versalem referunt Fatum) & finis For-  
tuna & casus sunt causæ per accidens.  
Monstra sunt effectus naturæ per acci-  
dens, vel potius defectus.

Efficiens est causa externa à qua fit  
actus. Ejus divisiones videantur in En-  
viridio Metaphysico.

Fatum aliud est i. Theologicum,  
atq; Dei de rerum eventibus decretum  
insistens in præcipiendo agendo permit-  
endo det rimando. Bon a sunt ratio-  
deareti in agendo & præcipiendo possi-

ii. Mala in permitendo & determinando in finem bonum. 2. Astrologicum sunt vires corporum cœlestium & intentiae in hæc inferiora de quibus in Alogia, quid & quantum possint. 3. Secundum, estq; connexio absolute & insibilis cause primæ cum secundis ita uoluntates hominum tam ad bona quam mala necessitate quadam instigentur. Quod dogma tollit omnem contumaciam, consultationem, honestas leges, intraneas facit. DEUM autem peccatum blasphemè statuit, &c. 4. Phisicum Aristotelicum est ordo vel dispositio mundarum & naturalium causarum in unam providentiam exsequentium.

Finis est causa externa propter quam res sit, quæq; agens ad agendum movet. Estq; primum in intentione ultimum in exequacione.

Divisiones putantur ex Metaphysica  
Conditiones omnium causarum ob-

muni-

nunes sunt. 1. Unus est deus plures esse possunt cause. 2. Causæ s. sibi invicem possunt causæ, licet non in eodem genere.

Causæ sæpe in unum coincidunt. Hæc nima est forma hominis, efficiens operationum. &c. 4. Idem est possit convariorum causa. 5. Secundæ raujæ non gunt sine prima, &c.

Fortuna est causa per accidens eorum quæ per electionem fiunt, raro ed alicujus finis gratia.

Dif fert à casu quod illa tribuatur antiquum agentibus per electionem, id est omnibus; hic oratione carentibus.

Dividitur in bonam cuius effectus est bonus, & malam, cuius malus.

Monstrum est effectus naturæ per accidens, vel potius defectus, à solita secundum speciem dispositio ne degenerans, propter aliquod principium corruptum. Dicitur à mon-

strandō vel monēdo, scilicet res futu  
Finis enim est peccata nostra arguer  
pēnam futuram prænunciare.

Efficiens i. Infausti siderum concur  
sus Angelis boni & mali ex Dei permis  
o. 2. Vis formatrix in semine peccato  
3. Foris imaginatio in parentibus per  
sertim matre concipiente vel gravis  
4. Caloris vel humidi excessus vel da  
ctus. 5. Uterus male dispositus &c.

Materialis causa est Semen &  
diversi generis (unde variæ virtutes)  
matricis esse invicem obturbant, ut au  
versæ species referantur) vel unus qui  
potest abundare, vel deficere, vel distri  
in partes diversas & diffundere. &c.

Dividuntur monstralia. Ex loco, si  
sint terrestria vel marina, &c. 2. Ex ob  
jecto, ut sint in meteoris, vel fossilibus  
& mineralibus, vel plantis, vel anima  
bus & homine. 3. Ex accedentib.  
quantitate vel qualitate, in quantitat  
potest.

est esse excessus vel defectus: ut homo  
eps uno rigore vel l. x, corpore nimis  
ili vel grandi &c Quoad qualitatem,  
rium ess potest in figura, situ &c. Et  
tenuis de principiis vel causis rerum  
aturalium; sequuntur actiones ea-  
ndem, seu Accidentia.

## CAP. III.

De affectionibus corporis  
naturalis in genere, & in spe-  
cie de iis quæ desumuntur ex catego-  
riâ Quantitatis, de ipsa quantitate,  
loco, tempore & oppositis, infi-  
nito, vacuo, &c.

**A**ffectiones corporis naturalis  
communiter dividuntur in in-  
ternas & externas. Internas nu-  
trant Motum (cui quies opponitur Co-  
natum. Externas locum cui opponunt  
vacuum & tempus.

Suf-

Sufficientius sequuntur. eas g  
Accidentia sunt: Quantitas, id est  
tempus, qualitas (prima, secunda,  
tertia) relatio, actio, passio, qua  
motum includunt tum latè dictum  
generationem & corruptionem  
strictè; ut alterationem, augm  
tationem, diminutionem & moe  
 lokalem.

Quantitas est accidens corporis  
Physici primum, finitum, hanc s  
partes extra partes, in quas di  
potest.

Per quantitatem hic intellige trah  
dimensionem seu extensionem, secundum  
longitudinem, latitudinem, & altitudi  
nem seu profunditatem.

Finitum: infinitum enim quan  
tum in naturâ nullum actu datur.  
tamen infinitum potentiam (quaer  
quam plane in seum transit.) & ve  
de

atione, ut numerus, cui semper aliquid  
aldi potest, quantumvis magnus fuerit;  
et divisione, ut magnitudo, in cuius di-  
visione nunquam ad minimum perveni-  
potest.

Hinc infinitum est extra quod sem-  
per aliquid potest accipi.

Regulæ de quantitate. 1. Quantita-  
nulla est efficiens. Fluit enim à mate-  
ri principio passivo. Omne etenim mate-  
rialum est quantum. 2. Quantitas vel  
dimensionis penetratio nulla naturali-  
tute dari potest; sed sola divinâ: Et  
modus est inexplicabilis.

Locus est extre~~mum~~<sup>um</sup>, corporis  
continentis primum, immobile<sup>um</sup>.

Hæc affectio non est omnium corpo-  
rum naturalium, sed tantum corrup-  
tibilium & caducorum, subcaelestium,  
nalia etiam sunt astre que sub parte  
que (æli sunt) sensibilem & nobis-  
iuum

lum; quibus causæ locationis sunt ne  
sariæ, nempe conservatio ratione q  
tum corporis locantis, & contiguitas  
pter unitatem mundi.

Dicitur enim aliquid esse alic  
1. Replete, ut Deus qui ubique  
sens omnia replet & essentia & vir  
Majestate ac potentia, &c. non me  
quantitate; modo tamen imperscrutabili. Unde versus: Enter, præsenter,  
hic & ubiqꝫ potenter. 2. Definitive  
definiatur aliquid esse in aliquo ubi  
non sit extra illud ubi eo tempore, u  
gelus aliquis qui jam est Bergis, n  
Hafniæ. Competit hic modus: 1. C  
cipue spiritibus. 2. Corporibus glori  
3. Ultimo corpori mundo, extra  
cum nullum sit corpus aliud contingens  
locans, dicitur in aliquo ubi esse  
in loco. Nonnunquam tamen la  
gnificatione locus pro quovis ubi sum

circumscripsiō ut circumscribatur &  
tineatur ab alio corpore exteriori. Et  
proprietātē tantum isti in loco supra des-  
cripsiō: & vel per se, ut corpus continuu-  
m habens magnitudinem. vel per ac-  
cidentis ratione alterius, ut partes ratione  
is, accidens ratione subjecti, anima-  
tione corporis, &c.

Dicitur extreμum, extreμitas ter-  
ris vel superficies concava, proximā  
gens, ambiens, continens locatum,  
locus est eūalis locato, eūalitate  
titus. Extrema enim contiguorum  
simul.

icitur corporis continentis, id est,  
ntis seu ambientis, quod aliquando  
est unicum, ut planta partim est in  
a, partim in aere. Ex locis autem  
ialibus fit unus locus totalis & aggre-  
us, tot ilocato respondens.

Dicitur primū; id est proximum  
&

**E**st immediatum; ut designetur locus  
prius. Communis enim locus potest  
suum locorum; ut cum dicim  
se in mundo, in templo, &c.

Dicitur immobile, scilicet non  
locati mobilis. Quando enim hoc dicitur,  
non simul nec tali motu ejus  
moveatur nisi per accidens: aut nisi  
cuis artificialis, ut vas cum aqua quod  
non moveri potest.

Hæc genuina loci essentia est. Et  
tum ergo qui locum parant esse aut in  
riam aut formam rei, aut aliquam  
sam aliquam, aut intervalum  
tum aliquod intra superficiem  
continentis, aut basin aliquam  
substratam, aut dispositionem  
corporis partium convenienti dignitatis  
inter se ordinatarum: quibus non  
veniunt.

Conditiones loci & axioma con-  
sequuntur.

I. Locus non est de essentia locati,  
extraneum & peregrinum accidens  
adhærens quidem locato, sed extra lo-  
cum adhærens seu adjacens. 2. Est  
inhabitabilis à locato. 3. Proprius est  
immobilis. 4. Est locato contiguus. 5.  
continet locatum & ambit undique.  
eoqz localis locato, non major nec  
minor. 7. Ad eum naturaliter unum-  
bodque fertur, in eoque conser-  
vatur & quiescit. Intellige vero locum  
naturalis non violentum, ad quem vi  
detruditur, ut cum lapis sursum de-  
tur. 8. Plura corpora esse possunt  
uno foco communis, non vero pro-  
prio, nisi sint entia aggregata, ut cor-  
pore vestita, &c. Unum autem cor-  
poris in pluribus locis totalibus esse non po-  
tius naturali; at virtute divina seu  
supernaturali potest: quo respectu colla-  
mnis contradicte, quam imperitor  
fingit ratio.

P. 68-

Partes vel differentiae loci sunt  
hym, dorsum, dextorsum, sinis-  
sum, ratorponde.

Vacuum in natura nullum est.  
Esset enim spatum mane in quo  
est corpus. Natura vero potius  
contra ordinem suum facit, ut  
gravia ascendant, & levia descen-  
dant, quam ut vacuum admittat.

Tempus est mensura motus  
dum prius & posterius.

Et alicubi dicitur aliquid esse  
citer, sic etiam perdurare in exist-  
enti triplex durationis sit men-  
sura. Tempus, ævum, & æternitas.  
Proprietas mensura durationis in re-  
bus corporalibus, generibus &  
speciebus, atque habentibus initium  
et finem. Ævum (quod nonnunquam  
propriè, modo pro æternitate, non  
tempore accipitur) rebus competen-  
tium habentibus sed non finem,

Quos spirituales, Angeli & anime. Eier-  
as propriè competit soli Deo, nec prin-  
cipium nec finem habenti; imo est ipsa  
eternitas.

Dicitur, quod sit Mensura vel nu-  
merus, numeratus seu *Physicus*) motus  
in imperius, præsertim localis & hu-  
ic præcipue cœlestium corporum, unde  
distinctio temporis in annos, menses, &c.  
non exclusis aliis motibus tam naturali-  
bus quam artificialibus, aut horologiorum.  
Metitur autem tempus motum per  
quietem per accidens.

I Dicitur, secundum prius & poste-  
ris. Sunt termini à quo & ad quem ut  
in motu. Partes temporis sunt præte-  
natum & futurum. Instans enim mo-  
mentum, vel tò vñ non est tempus pars,  
copula, cohæretia vel conexio, quâ ceu-  
m in uno cōmuni partes temporis inter se  
cōfite-

scilicet sunt. Partes illæ temporis  
sunt permanentes, adeoq; tempus ita  
non est ens permanens, sed successio  
quod non totum simul existit, sed  
fluxu & successione perpetua.

Conditiones & axiomata de tem-  
pore sunt. 1. Tempus est continuus.  
2. quoddammodo idem (ab communis  
durationem in rebus temporis subi-  
& quoddammodo diversum ratione no-  
oris & posterioris. 3. Mensuræ ma-  
per se, & à motu mensuratus per  
dens. Sic dicimus; Sol est in medio  
Ergo hora est. 12. & vice versa 4.  
Tempus non est merum instants, eins  
certæ ejus distinctiones ab intellegendis  
manant. 5. Tempus habet initium  
nem, ideoq; non est æter-  
num.

## C A P. IV.

e qualibus corporis natu-  
ralis, & initio de primis qua-  
litatibus.

**Q**ualitas corporis naturalis est manifesta vel occulta. Illa est prima vel secunda. Qualita-  
tes primæ vel primarie præter  
tem, sunt duæ activæ, calor, & fri-  
s; & duæ passivæ, humiditas & lic-  
tas. Secundæ vel ex primis ortæ, sunt  
alitates tactiles, & reliquorum sen-  
tientiæ objecta. Occultæ vel obscuræ, alias  
actiæ qualitates dividuntur in Sym-  
hiam & Antipathiam.

Lux est qualitas corporis lucidi,  
& ipsum est lucidum, & alia illu-  
mat agitq; in ea. Lumen verò est  
ago lucis in corpore diaphano tan-

B                  quam

quam medio, in instanti recepta & pressa. Hoc ergo lucis effectum est & simulacrum, estq; in medio; lux vero in medio; lux vero in corpore lucido tan<sup>g</sup>o subjecto. Lumen præterea est qualitas accidens partim reale, cum sit aliqua intra operationem intellectus, partim intentionale seu spiritale cum non moveat motum subjecti, sed pendeat ab agere quo producitur.

Lux alia noctu tantum apparet, a tedulae, quercus putrida, oculorum f. &c. alia & interdiu & noctu, estq; ignis, vel astrorum. Hoc vel proprium mutuarium.

Oppositum sunt Tenebrae, quae lucis privatio. Umbra autem est immutatio luminis interposito opaco.

Utilitates lucis sunt. 1. Medium

annare in visione. 2. Omnia vivificare & tra-  
nsuere.

Calor est qualitas prima activa  
congregans homogenea & disgre-  
gans heterogenea. Homogenea hic  
est quæ aliquo modo uniri possunt : ut  
cera, butyrum, & alia liquabilia uni-  
ficiantur. Sic vice versa he heterogeneis.  
calor in fodinis separat aurum à terra,  
et partes aureas congregat, &c.

Effecta caloris per se & prima-  
sunt : 1. Calefacere. 2. Congregare  
homogenea & digregare heterogenea.  
Secundaria per se sunt : rarefacere,  
irrire, diducere, ampliare, attenuare,  
coquere, digerere, maturare, attrahere,  
incidere, solvere, colligare.  
Effecta per accidens sunt 1. Concen-  
trare ; indurare & siccare ; per humidum  
vivum evaporationem. 2. Hume-  
rare, etare,

stante, liquefaciendo frigore concreta. 3. gesfacere, educendo nempe calorem consumendo.

Effectum mixtum & commune est rumpere, quod sit inflammando & do.

**Calor**, vel est elementaris vel cōstis vel vitalis, qui tamen specie non sunt,

Frigiditas est qualitas prima & va, tam heterogenea, quam homogenea congregans. Sic frigus in stramina, lapides &c. in unum massam dicit.

Effecta primaria & per se Frigefacere. 2. Homogenea & rogenea congregare. Secundaria sunt: cogere & densare, adstringere, crassare, obstruere, stupefacere, sensu motum impedire.

Effecta per accidens sunt 1. facere, cogendo videlicet & ob-

orem, ne egrediatur. Vocant ~~autem~~ TITTE-  
TAT. 2. Resolvere & humectare: ut li-  
pet in lacrimis frigore expressis. 3. Exsic-  
care, ut in glacie.

Effectum mixtum est corruptio, que  
iugulando & stupefaciendo.

Humidum est quod suo termino  
difficulter, alieno facile terminatur.  
bitque vel aqueum & crassius cum fri-  
gitate; vel aereum & tenuius cum mo-  
rat caliditate.

Effecta primaria. 1. Humectare.  
Quod in definitione dictum, Secundaria.  
Aqueum calorem & igneum extinguit:  
reum nutrit. 2. Aqueum replet corpora &  
lat. 3. Impedit liquefactionem. 4. Calo-  
rem obtundit. 5. Putredinem & corrupti-  
onem facile efficit.

Siccum est, quod suo facile, alie-  
o termino difficulter clauditur. Est-

A 3 que

que vel terrestre & crassum, vel igi  
um & tenue.

Affecta primaria sunt. 1. Siccitia  
2. Quod definitio exprimit. Secunda  
ria. 1. Caloris vim promovere &  
re. 2. Siccum terrestre repugnat injuri  
ationi. 3. Siccum putredini &  
ruptioni resistit. 4. Indurat. 5. Exci  
rat.

## CAP. V.

### De qualitatibus secundis & primis de tactilibus & visilibus.

 Qualitates secundae sunt obso  
r sensuum Quæ verò tactu &  
objecta dicuntur qualitate  
ctiles, quas communiter refatu

aliquam primam tanquam originem,  
ex sequentibus in specie liquet.

I Levitas definitur qualitas secunda  
ora à calore plerumque, apta sursum  
ehere. Gravitas à frigore, deorsum  
cibens.

Raritas definitur qualitas secunda,  
ta ut plurimum à calore, partes ha-  
nas non probè inter se compactas.  
densitas à frigore & crassitie, partes  
cibens bene compactas.

Tenuitas vel subtilitas definitur  
qualitas secunda à calore , siccitate  
raritate, partes habens penetrans  
& subtilos. Crassities à frigore  
densitate ut plurimum oriri puca-  
r.

Durities est qualitas secunda à siccita-  
te orta, partes habens difficulter ta-  
ui cedentes. Estq; durum, vel fra-  
le, vel flexible. Mollities ab humi-  
tate , vel aquæ vel aere , ha-

B 4

bens

bens partes facile tactui cedentes.

Lævitas seu glabrities est æqualis  
superficiei, tactui grata. Asperne  
partes habet prominentes & tactu  
offendentes. Hanc siccitati, illam  
humiditati vulgo acceptam referunt:

Lubricitas ob humiditatem tactu  
facile effugit.

Ariditas à siccitate, partes humect  
pænè expertes habet.

Lentor est tenax lubricitas,  
in pice; cui contraria est Friabilitas.

A rarietate & densitate derivat vulnus  
Philosophantium perspicuitatem &  
ocitatem, cum tamen aqua pellucida  
rarefacta autem in vaporem opaca.

Est autem Diaphanum per quip  
lumini patet transitus. Talia corp  
pellucida sunt cælum, aer, aqua limus.

vitrum, crystallus, glacies, alumnen, cor-  
i, gemmæ quædam, humores & tunice  
ulorum, &c.

Oritur perspicuitas ex æqualitate super-  
ficerum æqualiter subtensarum, adeoq;  
partium æqua coherentia & unionis.  
contra opacitas ex superficerum confu-  
dispositione. Sunt ergo perspicuitas & o-  
pacia affectiones profunditatis.

Qualitas visibilis est color. Color  
item est lux opaca. Hoc est, lux opaca  
uxta & modificata colorem præ se fert.  
lux enim est visile splendidum. Color  
erè lux quasi silens absq; fulgore: adeo  
color sit lux non intensa, sed imbecillis  
extincta que varie modificata, in va-  
los abit colores, & quò minor, eo nigro  
opinquier.

Finis coloris est esse visus objectum.

Dividitur color. I. Alius est vernis  
B s realis.

realis seu permanens, de quo jam dictum  
alius apparet, intentionalis, spiritus  
seu transiens, pendens à principio exterius  
ad cuius mutationem (non vero subje-  
mutatur. Vel: Realis est qui sit ex  
per opacitatem modificatus. Apparens  
specie lucis vel lumine & tenebroso vel  
opaci imagine.

2. Ratio visibilitatis, aliud est  
le majus laedens oculum: aliud æquale  
ficiens; aliud minus, neutrum præstan-

3. A metallis: aliis aureis, plati-  
bus, &c.

4. A plantis, aliis Roseis, Violaceis  
&c.

5. Ab animalibus, aliis murinus,  
racinus &c. & animalium partibus, an-  
eburneis, luteis, &c.

6. A locis, aliis Tyrias: Hisp.  
&c. Et elementis aliis aquae, ignis  
&c.

7.

7. Colores in se sunt lucidi vel obscuri. Lucidi sunt omnes praeter nigrum, & i sub nigro sunt: ut cinerius, &c. In lucide est summa lux (respectiva) opacitas minima: Contra in nigredine. In nigro lux opacitatem superat. In flavo tenui lux est & non plane remissa opacitas.

Divisio in extremos seu simplices, & medios seu mixtos nulla est. Illos enim cant album & nigrum; hos, reliquos omnes: ac si ex illis miscerentur. At omnes tamen sunt aequè simplices, & omnes ex via complicatione lucis & opacitatis gerantur. Latè autem cum Aristotele illas simplices vocare licet, quia à maxima minima pendent luce; hos medios, quia a medio modo se habent.

Commodius: alii sunt primarii, alii secundarii. Illi simpliciores apparet, ad quos revocari possunt alii omnes.

B 6 secun-

secundarii tanquam degeneres. Et pri  
marii sunt tantum quinq; hoc ordine:  
bus, flavus, ruber, cæruleus, niger.  
dunt alii viridem & purpureum: cum  
men ille sit extenuatus cæruleus, &  
fiat ex cæruleo & flavo; hic ex rubro, cæ-  
leo & albo arte confetur.

Albedo est calor constans plurimi  
luce, paucissimâ opacitate; maximis  
visibilis, adeoque visum disgregans  
lædens. Ejus gradus varii sunt: nivis  
lacteus, marmoreus, &c.

Proprietates sunt 1. Visum disgregan-  
re & lædere, quia excellens visibile est.  
Quovū colore imbui ( ob copiam pororu-  
nigrum econtra nullum imbibit colorem  
Rerum albarum adspicere efferantur a  
malia pituitosa, ut ursus.

Nigredo est color constans illa  
paucissima, opacitate summa; mihi  
mē visibilis. Gradus sunt: Piceus, fuscus,  
nigridus, &c.

P.H

Proprietates sunt 1. Radios visivos co-  
ere & congregare. 2. Irritare animalia  
melancholica adspicientia, ut cervos.

Flavedo est color ex intensa luce,  
& non plane remissa opacitate. Estq;  
albedini proxima, adeoq; ejus proprietatum  
particeps, Gradus sunt: fulvus, flam-  
eus, aureus, &c.

Rubor est color constans modica  
luce & opacitate, luce tamen opaci-  
tatem superante. Gradus sunt: Sanguine-  
, roseus, corallinus, &c.

Proprietates sunt: melancholicis, ut  
ervis, timorem incutere: sanguinea au-  
em animalia irritare, ut Elephantem,  
aurum &c. hominem verò ob mediocrita-  
tem exhilarare.

Cæruleus est color constans modi-  
tella luce, opacitate pluscula. Estq;  
igri vicarius eiq; vicinus. Unde pro-  
prietates nigri participat. Proprietas  
Præterea est animum delectare & visum,

Gradas sunt: Glaucus, Cæsus, &c. Hi  
revocatur viridis, qui oculos maxime  
creat.

## CAP. VI.

### De reliquis qualitatibus sensilibus, sapore, odore & sono.

**S**apor est qualitas secunda mixta  
ex humido & sicco vi caloris, & ge-  
stum afficere apta.

Materia vel subjectum saporis  
siccum cum humido mixtum, vel hu-  
midum per siccum percolatum. Humidus  
autem prædominatur ut plurimum, ut igit  
cum in odore.

Efficiens est calor humidum de-  
quens & cum sicco miscens. Debilis eni-

alor intelligendus, cum sapor aliquis dici-  
tur esse à frigore.

Finis est 1. Esse objectum gustus. 2 A-  
imal edocere quenam sint ad nutrimen-  
um idonea. 3. Indicare temperamenta in  
ebus sapidis.

Sapidum (cui opponitur insipidum)  
vel est temperatum, ut dulce, vel intem-  
eratum, quod calidum vel frigidum, Ca-  
lidum est; vel cum materia tenui ut acre,  
uod vehementius, dicitur acutum; vel cum  
crassa, & est amarum vel salsum. Frigi-  
dum(respective, vel calidum deficiens) cum  
materia tenui est acidum; cum crassa est  
usterum. Et hæc sapida sunt simplicis sa-  
oris. Misti sapores, infiniti fere sunt; ut  
cido dulcis, dulcamarus, &c.

Dulcedo est sapor simplex ex mo-  
leratis calore sicco terrestri, & humi-  
do potissimum aereo

Dulcia ergo sunt temperatè calida



& humida, ideoq; 1. Gustui grata, visceribus amica, & nutritioni aptissima. 2. ne concocca. 3. Rarefacientia & abstergentia. 4. Maturantia, emollientia, laxantia, &c.

Dulcis sapor est lacteus, melleus, aquosus, vinosus, &c.

Acrimonia est sapor simplex, materia tenui & sicca ab immodebito calore ortus, linguam & fauces pungens, erodens & adurens, ut in pere, &c.

Amaritudo est sapor per vehementem calorem (minorem tamen quam acredine) in crassa & terrestri materia.

Eius vires sunt: Calefacere, exsiccare, detergere, attenuare, meatus expurgare, dissolvere, penetrare, putredini resistere, &c.

Salsedo est sapor ex multo humido aqueo & sicco terrestri crassitate.

onstans, ortus à calore vehementi &  
exsiccante : at minus quam in acrimo-

ia.

Vires sunt calefacere, siccare, mode-  
ste abstergere, ablueret expurgare, mo-  
tice penetrare, digerere, incidere, nonnihil  
odore, putredini resistere, gustum grato  
odo afficere, &c.

Aciditas est sapor in humido &  
cco tenuioribus per calorem debi-  
m eductus ( vel frigiditatem respective  
et am.)

Vires sunt frigefacere, exsiccare, repel-  
re, penetrare, incidere, attenuare, aperire,  
intrahere ventriculum, adeoq; appetitum  
citare.

Austeritas est sapor in materia  
assa per calorem debiliorem pro-  
ductus, Dicitur aliis stipticus, & ponti-  
s, & cum vehementior est, acerbis.

Vires sunt: frigefacere, siccare, in-  
crassare,

crassare, adstringere, constipare, exasperare, fluxiones repellere, &c.

Odor est qualitas secunda, ex calido & sicco prædominante resultans, olfactum movens.

Efficiens ergo est calor, & vel internus blandè miscens calidum cum humido, vel externus, resolvens corpora odorantia ut exhalent.

Materia proxima est siccum cum immido mixtum, ita tamen ut siccum predominet, quod mixtum dicitur sapidum, eo quod odoratum sit sapidum.

Finis est i. Esse objectum olfactus. 2. Esse aliquando indicium saporis. 3. Recere & confortare cor & vitales spiritus cerebrum, adeoque ingenium & memoriam & in genere ad sanitatis custodiam fertre. 4. Ad delectationem hominis fertre.

Odor dividitur in extremum & diuinum. Extremi sunt gratus seu

is, & ingratus seu fastidius, qui amaro  
quæpore apud Aristotelem analogus est.  
Intermedii sunt: acris, celeriter ac fortiter  
ine fastidio sensum feriens; acerbus cum  
uadim mordacitate pungens, acidus,

176.

Sonus est qualitas patibilis successiva, orta ex aeris vel aquæ interceptione vel elisione sonantium corporum collisionem insequente, sensum auditus movere apta,

Dicitur successiva est autem quid successivum, non intrinsece ut motus, sed per accidens & analogice, quia à motione endet.

Subiectum, vehiculum vel. medium est aer vel aqua, in quo tanquam subiecto (non in corpore sonante) recipitur sonus; sed prius intercepto, eliso vel fracto.

Efficiens est collisio corporum sonantium. In sono enim actuali requiriuntur

tuntur tria Medium per quod sit motus  
corpus quod percutit, & percussum.

Finis 1. Esse objectum auditus. 2. Ad  
lectionationem hominis facere, quod de his  
monico sono imprimis verum.

Sonus est extremitus vel medius. .2  
le est vel gravis, tarde multoq; tempore  
ditum movens; vel acutus, celeriter &  
eo tempore.

Deinde sonus alius est simplex &  
rectus, qui directe per aerem fertur  
que evidenti repercussione; alius reflexus  
seu multiplicatus, & dicitur Echo, quia  
resonantia, estque sonus evidenter  
auditum reflexus, ob aliquod durum  
& cavum oppositum. Si ergo plura  
loca opposita concava & tortuosa, plures  
etiam fiet Echo.

Præterea sonus vel est violenter  
a corporibus ab extrinseco principio im-  
mem concussus: vel naturalis. Hic ven-

IR: R

nimatorum ut tonitru: fragor ligno-  
um &c. vel animatorum, & dicitur  
ox quæ vel articulata, constans certis  
teris & syllabis, & sermo dicitur; vel  
articulata, ut brutorum.

## CAP. VII.

De qualitatibus tertiiis sive  
occultis, adeoq; de Magia  
naturali in gene-  
re.

**Q**ualitas occulta est potentia  
quædam naturalis latens, qua  
res naturæ aliquid agit vel  
patitur, cuius causa ex primis  
et secundis qualitatibus reddi ne-  
uit.

ut

Ult magnetis occulta potentia est  
here ferrum, quod aliis lapidibus imp  
ibile.

Dicuntur hæ qualitates, form  
item totius substantiae, virtuales, sp  
fice &c. proficiuntur vel immed  
ia forma substantiali cuiq; individuo  
priâ, vel mediate ex peculiari temp  
mento rei cuiusque que idoneas  
tur.

Exæctior cognitio harum virium  
turalium est pars Magiæ naturalis,  
dictæ, ut distinguatur à diabolica  
&c.

Est enim magia naturalis qua  
sum in rebus naturalibus vulgo ini  
gnitarum rarior Scientia, quæ agis  
tia & patientia naturalia invicem  
applicare novit, ut homo in admitt  
tionem rapiatur.

Ejus duo sunt fundamenta &

trura: Physica, sub quâ Medicina est & Mathematica.

Dividuntur qualitates occultæ in Sympathiam & Antipathiam.

Sympathia est occultus quasi amor & mutua cognatio, vel conspiratio inter res naturales.

Antipathia econtra est occultareum discordia & repugnantia, quâ in una alteram aversatur aut lædit.

Suntq; Sympathiae & antipathiae. 1. Inter inanimata, ut mineralia; metalli, &c. 2. Inter inanimata & animata. 3. Inter plantas ipsas. 4. Inter plantas & animalia. 5. Inter animalia ipsa. Sunt etiæ aliae in rebus cum morbis aut partibus corporis humani, de quibus Medici.

CAP.

## C A P. VIII.

De Relatione, Actione  
Passione corporum natura-  
lium.

**R**Elatio est quâ corpus natu-  
ad aliud refertur. Estq; co-  
nuitas vel contiguitas.

Continuum est cuius ex-  
rema sunt unum. Contignum est  
jus extrema sunt simul. Vel: Conti-  
tas est rerum quantitate separatarum  
taetus.

Est autem contactus alias im-  
mediatus, alias mediatus.

Immediatus seu corporalis & ma-  
stus vel est sine actione, vel cum ac-  
tione.

Sine actione, est cum duo corpora,  
figura, & magnitudine distincta ex-

atibus suis seu superficiebus se mutuō  
gunt absq; ulla actione vel passione ut  
duæ domus se invicem tangunt.

Cum actione, est quando duo corpora  
se tangunt, ut invicem agant & pati-  
ntur, ut cum lac vino miscetur.

Mediatus, virtualis vel occultus est-  
udo unum corpus movet aliud per di-  
stiam aliquam, virtute non superficie  
ingens. Sic cœlestia corpora agunt in  
inferiora.

Actio Physica est accidens, quo  
sus naturale agit in patiens, sibi-  
illud assimilare studet. Vel: Agere  
povere ad contrariam patienti quali-  
tatem. Pati est mutari ad contrariam qua-  
tem.

Mutua enim est inter patiens & a-  
ctio, quæ dicitur actio reciproca, re-  
pō & repassio.

C      Et

Et conjungitur actio & passio  
realiter sunt unus motus Quatenus  
nim motus ab agente prodit, dicitur  
quatenus in paciente recipitur, passio

Agentis conditio est :  
patienti quodammodo simile, quoda-  
do dissimile. Hoc est: convenienter  
subjecto, seu materia, & differant  
se in forma: ut sunt contraria.

Patientis conditio est : ut  
Proportionem agenti 2. Dispositionem  
beat ad patientem: nam actio non re-  
secundum conditionem agentis, sed  
secundum dispositionem patientis.

Actio , ut contactus , aliud  
mediata , alia immediata.  
enim actio Physica fit per

m , videlicet vel corporalem vel virtutem.

Deinde alia est immanens vel mens in agente , ut nutritio &c. alia trans ab agente in externam materiam, e bujus considerationis est.

### CAP. IX.

de motu & quiete, item  
que de Mutatione.

**A**ctus est actus entis in potentia , quatenus in potentia est. Vel : Actus mobilis qua mobile.

Definitum hic strictè sumitur,

C 2

non

non latè aut generationem & corruptionem includit.

Dicitur actus, scilicet imperfectus quem res fit ) Entis, id est, ejus quod omnis potentia ad maiorem perfectionem.

Est autem unus idemque motus a mobile subiectum & moventis. Mobile subiectum est effectivè moventis. Movens autem est necessariè requiri indicat axioma : quid movetur ab alio movetur vel licet principio vel interno vel externo.

Et præterea ad modum requiri subiectum, terminus à quo est quæcumque.

Terminorum conditiones sunt 1. ut sint oppositi. 2. ut sint dividendi hoc est mobile in motu fit partim in motu a quo, partim in termino ad quem.

Efficiens motus universalis in-

primus moter; finita, sunt corpora cœle-  
stia.  
Particularis est cuiuslibet corporis  
materia.

Materia seu subjectum est corpus mo-

tor. Forma seu ratio formalis motus est  
ad sensus progressio seu fluxus continuatus  
successivus ad formam vel actum,  
quem res habere potest. Ubi vero successio  
divisibilitas, ibi tempus & secundum  
anteriorius & posterius. Unde axioma: Nullus  
motus fit in instanti, sed in tempore &  
successione.

Finis est ut corpus variis mutationi-  
bus obnoxium & varias assequatur for-

Dividitur motus propriè dictus & an-  
definitus: 1. In Actionem, diminu-  
tionem, alterationem, & motum  
alem. 2. In naturalem, animalem,  
sensitivum.

Naturalis est à principio interno, ut

C 3 est

est motus lapidis deorsum: Estq; in iis  
remissior, in fine fortior.

Animalis dependet ab anima in ni-  
mali. Estq; in principio tardior, in fine  
concitator, in fine languidior.

Violentus est à principio exterminis  
lapidis in altum projecti. Hic motus  
est diuturnus: quia est contra naturam  
subjecti mobilis.

3. Ratione temporis, in regula &  
& irregularem. Ille est eque velox  
principio, medio, & fine. His contrā.

4. Secundūm partes mobiles, in  
formem & difformem. In illo  
secundum omnes partes aequaliter  
tun. In hoc inaequaliter.

5. Motus aliis est pri-  
alius per accidens, ut acci-

subjecto, partis cum toto.

Motui opponitur quies vel immobilitas, hoc est motus vel privatio vel perfectio. Primo modo quies est privatio vel immobilitas motus in subjecto apto motioni recipere. Secundo modo: Quies est effectio & finis motus, vel possessio permanenter quasi formæ.

Reliqua de quiete ex opposita natura eius intelliguntur.

Mutatio vel Transmutatio strictè summae substantiali, non latè pro quovis mutatione Generationem & corruptionem se comprehendit.

Differunt enim mutatio & motus. 1. est de non ente in ens; hic, de subjecto injectum, vel de ente in ens. 2. illa sit in instanti; hic successivè. 3. Hic mutat tantum subiectum rei actu existens. Illa v.g. genera-

vio, producit id quod actu antea non erat.

4, In hoc termini utriusque sunt termini; in illa alter privatus.

## CAP. X.

# De mutatione in species nempe de generatione & & corruptione.

**G**eneratio est transmutatio in aliis, non manente aliquo subtili in subiecto eodem modo. Est mutatio à non esse ad esse, per unum in materia cum forma, id est, qui nova substantialis acquiritur; ut cum exesse humano, sit homo qui antea non erat.

Corruptio est mutatio a se.

non esse, per separationem mate-  
riæ à forma. Vel: quando forma sub-  
stantialis abjicitur.

In definitione generationis intellige non  
privativum seu non ens non simpliciter,  
sed ad aliquid quod est ens potentia,  
terminus à quo vel privatio forma in-  
ducenda.

Sunt hæ duæ mutationes ita invicem  
connexæ, ut perpetuò una alteram comi-  
tur. Unde axioma: In substantiis, uni-  
verso generatio est corruptio alterius; &  
vice versa.

Efficiens remota secundum Deum  
tunc cœlestia corpora. Unde illud: Sol &  
luna generant hominem.

Forma definitione est explicata.

Materia ex qua remota & prima pro-  
pria sunt elementa.

Subiectum quod generatur vel con-  
sumptur est totum compositum.

C. s

Finis

*Finis est specierum conservatio.*

CAP. XI.

*De motu inspecie.*

**A**uctio sive accretio est ~~re~~ à minori quantitate ad numerum. Decretio est motus à majori ad minorem.

Termini ergo sunt major & minor quantitas.

Alteratio est motus, in quo eodem sensibili subjecto manente, alterantur qualitates mutantur. Hoc est: nova qualitas acquiritur, vel vetus abjicitur.

Dividitur 1. Secundum species qualium primarum & secundarum; ut sunt: factio, rarefactio, &c.

2. In mediatam & immediatam, in actionū & passionis.

3. In absolutam, quā simpliciter nova qualitas acquiritur; & comparatam, quā qualitas non nova, sed intensior vel remissior acquiritur.

4. In perfectivam & corruptivam.

Causa efficiens est omne corpus alterius, v. g. calefaciens in calefactione. Subiectum est corpus qualitatū capax. Filius internus est acquisitio novae qualitatis. Internus & ultimus est generatio & corruptio.

Latio est motus, quo corpus a dubi vel spatiū acquirit.

C S

Ejus

Ejus requisita sunt: Movens, min  
Ie, terminus à quo, terminus ad quip  
medicum aptum, tempus & successio  
nē.

&c.

Dividitur motus localis. 1. In vni  
cēm, qui minori temporis fit spatiū  
tardum, qui eodem temporis spatio t.  
ius ad terminum venit quam aliis.

2. In simplicem & mixtum.  
plex est rectus vel circularis.

Rectus fit per lineam rectam,  
cælo nihil respondeat nisi punctum.  
que vel à medio seu sursum, qui less  
est proprius; vel ad medium seu deorsum  
qui gravium.

Circularis est qui in orbem di  
circum centrum suum non sursum neque  
orsum. & à centro aequalē semper ror  
distantiam.

Simplex motus simplicium est corporum; aliquando vere mixtorum ob aliquod rædominans elementum.

Mixtus seu compositus est ex recto & circulari, diciq; potest obliquus: ut numerum, ventorum, animalium, &c.

3. In naturalem, violentum, & mixtum.

Mixtus apparet in lapide vi de rufso.

Naturalis est à principio interno, & fit secundum naturam mobilis, vel in tum naturali ejus propensione. Ut levia secundum naturam feruntur sursum, gravia deorsum. Est q; hic in principio remissior, in fine celerior ratione mediæ aeris vel aquæ.

Motus violentus est à principio externo; fitque contra naturam mobilis. Ut cum lapis sursum fertur.

C 7 In

In hoc motu principium fervet, medium pet, ultima frigent.

Estque quadruplex i. Pulsio, mobile à movente propellitur. Ut sa impulsio, expulsio, projectio, percusso. Tractio, quā movens ad se trahit mon celerius quam suā naturā movetur. 3. Actio, cum corpus mobile vehitur non se, sed per aliud. Ut navigatio, equita portatio &c. 4. Vertigo, volutatio circumgyratio, cum mobile in gyrum ve tur, ut in rota molari.

Differunt autem in corporibus sphe cis volutatio & gyratio. In hac res manū in eodem loco rotatur in orbem: in illa transiens de loco in locum alias en atq; alias nobis obver tit partis.

CAP. XII. & ult.

## De Mundo.

**H**actenus de principiis & affectionibus corporum naturalium. Sequuntur species, (in speciali Physica per tractanda) quarum collectio Mundus dicitur.

Mundus est systema cœli, elementorum, & eorum quæ in iis continentur, à Deo ex nihilo creatum, in sui gloriam & hominum utilitatem.

Definitum Græcis & Latinis ab ora-  
tia natu dictum exactè definiri nequit. Mun-  
dus enim est ens collectivum seu per aggre-  
gationem, adeoq; ens vel anum per acci-  
sionem: itaq; forma ejus est accidentalis non  
substantialis loco generis posita, nempe  
Systema, compages, collectio, vel ordo, &  
dispositio, &c.

Mate.

Materia mundi constituendi erat  
hil. Mundus enim creatus est ex nihilo.  
Mundi constituti materia vel partes ma-  
teriales sunt omnia corpora naturalia quae  
in mundo.

Efficiens est Deus qui mundum  
berrimā voluntate, non necessitate quo-  
dam produxit.

Finis Dei gloria & hominum  
litas. Omnia enim omnino corpore  
mundo in hominiū usum condita sunt.  
cum finis habeat rationem boni, Mundus  
erat bonus & perfectus ratione quanti-  
tis, efficientis, virtutis, figuræ, dispositi-  
onis, varietatis specierum, &c.

Affectiones sunt. 1. Magnitudo ob-  
finita est, uti & ejus essentia.

2. Numerus. Mundus unicuique  
licet plures per divinam potentiam  
potuerunt, possunt, poterunt.

3. Ubi finitum ob magnitudinem firmam. Locus autem Physicus mundo non competit: quippe extra quem aliud corpus continentis vel locans non est.

4. Tempus, ubi notanda, i. Creatio mundi in tempore. Mundum enim eternum contuere, infinitū introducit actu, à quo ipsa ratione Aristoteli Philosophia abhorret. 2. quanto tempore mundum Deus creaverat, videlicet. 6. dierum spatio. 3. Quo anno tempore creatus sit mundus, videlicet Annuali: quod colligitur ex festo collectio frugum, quod erat in exitu anni ex mense Thisri, Septembri respondente, in anni fuit initium, usq; ad liberationem Ægypto 4. quanto tempore hactenus miraverit, videlicet secundum plurimos 3564. ab initio mundi ad hunc 1619. Quis duratus sit; probabit scripturae inquirere.

6. CON-

6. *Conditio est corruptibilitas, ini-*  
*gitus & finis mundi; quem futurum*  
*pasim testatur scri-*  
*ptura.*



IND C

INDEX CAPITUM.

PROLEMUM  
E DEFINITIONE,  
ET DIVISIONE  
PHYSICAR.

Ap. 1. De primis corporum natura-  
lium principiis, adeoq; de natura.

Ap. 2. De causis corporis naturalis exter-  
nis, adeoq; de Fato, Fortuna, Casu, Mon-  
stris.

Ap. 3. De affectionibus corporis naturalis  
in genere, & in specie de iis que desu-  
muntur ex categoria quantitatis; de  
ipsa quantitate, loco, tempore, & opposi-  
tis: infinito, vacuo, &c.

Ap. 4. De qualitatibus corporis natura-  
lis, & initio de primis qualitatibus.

Ap. 5. De qualitatibus secundis, & primis  
de tactilibus & visibilibus.

Cap.

# INDEX Cap.

- Cap. 6. De reliqui qualitatibus sensibilibus  
sapore, odore, & sono.
- Cap. 7. De qualitatibus tertiis sive occultis  
ad eoque de Magia naturali in genere.
- Cap. 8. De Relatione, Actione & passione  
corporum naturalium.
- Cap. 9. De motu & quiete, itemque de Mutatione  
in genere.
- Cap. 10. De mutatione in specie, nemptem  
generatione & corruptione.
- Cap. 11. De motu in specie.
- Cap. 12, & ult, De Mundo.

F I N I S



*Pauli B524*

*524 X*

